

VIII.

A c t e n s t ü c k e

v o m

w e s t f ä l i s c h e n F r i e d e n s c o n g r e s s e .

A u s d e m C h i g i s c h e n A r c h i v e z u R o m m i t g e t h e i l t

v o n

D r . F l o r e n z C o u r t u a l .

V o r b e m e r k u n g .

Die Handschriftenbände der Verhandlungen des westfälischen Friedens im Archive Chigi in Rom stellen, so weit ich sie untersucht habe, ein wahres Chaos dar. Weder von einer chronologischen, noch von einer sachlichen Ordnung kann hier die Rede sein, so wenig im einzelnen Bande, wie in der ganzen Sammlung. Alles scheint mehr oder weniger, wie es der Zufall mit sich brachte, gesammelt und gehestet zu sein. Verzeichnisse des Inhalts der einzelnen Bände im Allgemeinen oder der einzelnen Aktenstücke gibt es nicht. Es wird freilich ein allgemeines Verzeichniß des Inhaltes aller Bände des Archivs ausgearbeitet; allein dasselbe ist bis jetzt erst bis zum Buchstaben C. vorgerückt, während die hier in Rede stehenden Bände mit Q. R. u. s. w., also den späteren Buchstaben des Alphabets bezeichnet sind. Auf meine Frage, wann das Verzeichniß bis dahin vorrücke, antwortete mir der liebenswürdige zweite Bibliothekar des Archivs, Herr Prof. Eugnoni: das könne noch eine Ewigkeit dauern. Ich habe daher den Anfang mit unseren Bänden selbst gemacht.

Es stehen nun aber auch ganz fremdartige Aktenstücke in den Bänden, z. B. ein Schreiben des Sultans u. s. w., andererseits finden sich Aktenstücke aus dem Mittelalter, so z. B. Wahlakten Ludwig's des Baiern, vor und überhaupt wird zum östern über die Zeit des 30 jähr. Krieges weit zurückgegriffen, um den Stoff für einen Gegenstand zusammenzustellen. In manchen Fällen steht dann natürlich das Gleichstoffsige zusammen. Im ganzen muß man sagen: Fabius Chigi hat eine großartige Thätigkeit entwickelt, um alle möglichen Aktenstücke sich zu verschaffen, und zwar auch recht viele geheime. Die Sprache dieser Aktenstücke bietet fast das Bild eines Europäischen Congresses; sie sind lateinisch, italienisch, spanisch, französisch und deutsch.

Unter den Drucksachen auch Holländische; Englische erinnere ich mich nicht gesehen zu haben. Das einzige, was nun geschehen ist, ist, daß man die einzelnen Blätter mit durchlaufenden Zahlen versehen hat, wahrscheinlich auch zu dem Zwecke, um Entwendungen schwieriger zu machen; dann hat Fabius Chigi selbst gewöhnlich oben links das Datum des Abtenstückes hingeschrieben. So mag dann der Forscher sehen, wie er sich zurechtfinde; in Sprachen muß er wohl bewandert sein, vor allem aber auch eine ziemliche Kenntniß der damaligen Zeit mit heranbringen. Die erste und hauptsächlichste Schwierigkeit bleibt aber immer der Eintritt in das Archiv, eine ausgedehntere Erlaubniß zu freiem Arbeiten.

Florenz 1868, Januar 21.

Dr. F. Courtual.

1.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 41.

*Copia literarum Salvii ad Civitatem Ratisbonensem. Hamburgi,
20. Aprilii 1643* ¹⁾.

2.

Cod. Chis. Q. II, 52. fol. 42.

Illustrissimo Principis, Demine observandissime! ²⁾

¹⁾ Dieses Notificationsschreiben des schwedischen Gesandten findet sich in dem an Brandenburg-Culmbach gerichteten Exemplare, welches fast nur in den Unreformeln abweicht, gedruckt bei v. Meieren Westphälische Friedenshandlungen I, 11 f. Num p.

²⁾ Dieses Schreiben des Salvius d. d. Hamburgi die 5 Maij 1643, dessen Empfänger nicht näher genannt wird, ist bis auf wenige Wendungen mit dem vorigen gleichlautend. Der abweichende Schluß lautet wie folgt: Hoc vero Celsitudini Vestrae in antecessum significare debui, ut si pro laudabili suo in Religionis patriaeque libertatem zelo placuerit, sua domus statusque Vota et suffragia spei publicae pacis jungere, et diem sciat, et suos interim ad eum tractatum paret, aliisque, quorum interest, Protestantes Imperij ordines ad idem faciendum benevole cohortetur, pro certo statuens, nisi externa pax Imperij simul et pazi passu cum interna tractetur et coa-

3.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 45.

Der Papst beauftragt vorläufig den Nuntius Chigi mit seiner Vertretung bei den Friedensverhandlungen zu Münster.

Rom, 23. Dec. 1643.

Urbanus PP. VIII.

Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus Civitas Monasteriensis in Westphalia quo conveniatur pro tractanda inter charissimos filios nostros Ferdinandum Regem Romanorum in Imperatorem electum ac utrumque Regem aliasque Principes Christianos pace destinata sit et ideo Dilectus filius noster Martius S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Ginethus nuncupatus, quem alias ad eosdem Ferdinandum Regem in Imperatorem electum ac utrumque Regem, nec non ad alios Reges et Dilectos filios Nobiles Viros Reipublicae aliasque Principes maioris potentiae eorumque Regna, Provincias, Dominia et loca eis adjacentia coeterasque ad quae eundem Martium declinare contigisset, nostrum et Apostolicae Sedis de Latere Legatum constituimus, ut tractatibus pacis huiusmodi³⁾ nostro nomine et seu uti mediator (*sic*) interveniret, ad prefatam Civitatem Monasterensem ut tractatibus dæ Pacis ut praefertur, interveniat, propediem profecturus sit: hoc ut interim, donec ipse Martius Cardinalis illuc appulerit, non desit

lescat, non modo neutrum solidari sed et hoc insuper a separationis auctoribus peractum iri, ut utraque convulsa Imperium cum exteris acriori bello committatur. Sitne vero bellum novum verus modus mediumque sedandi veteris, decidunt hactenus experti. Sac. Regia Mat^{as} Sueciae sicut hactenus pro omni bono strenue fortiterque pugnavit, ita imposterumque tractando nihil operae studijque omittet, ut quantum in se fuerit honesta securaque pace Universi potiamur. Deus auctor pacis coepta secundet, ut cuncta cedant Ecclesiae et Reipublicae christianaे bono, cuius divinae protectioni Celsnem vestram devote commendamus. Hamburgi die 5^a. Maij A. 1643.

Celsnis Vestrae

obsequentissimus Servitor

J. H. Salvius.

³⁾ Hs. huius moi.

qui tractatibus huiusmodi nostro nomine interveniat, pro ingenti quo tenemur stabiendi pacis praefatae desiderio providere volentes ac de fraternitatis tuae fide, prudentia, et in gravibus rebus agendis dexteritate plurimum in Domino confisi motu proprio ac ex certa scientia maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine eidem fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut ad praenominatam Civitatem Monasteriensem te conferas et tractatibus pacis praenominatae nostro nomine et seu uti Mediator intervenias teque interponas, donec et quousque dominus Martius Cardinalis Legatus ad eandem Civitatem appulerit. Nos enim tibi ad praemissa necessariam et quomodolibet opportunam facultatem earundem tenore praesentium concedimus et impartimur (*sic*). In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Decembris MDCXLIII. Pontificatus nostri Anno vigesimo Primo.

M. A. Maraldus.

Venerabili fratri Epo Neritonensi nostro et Apostolicae Sedis ad tractum Rheni et inferioris Germaniae partes Nuncio.

4.

Cod. Chis. Q. II, 52, fol. 46.

Amelia Elisabeth D. G. Landgravia Hassiae, vidua et tutrix an die Deputirten der Reichstände. Castell 1644, Apr. 30.

Illustres Admodum R^{di} Praenobiles Consultissimi etc.

Salute praevia. Innotuit Dnoibus vestris, qualiter ad Tractatus universalis pacis Deputati Plenipotentiarij Regnorum Galliae et Sueciae, resolutis ex nunc impedimentis, jam tum Monasterium et Osnabrugum, uti ad hunc tractatum deputatos locos feliciter appulerint, adeo ut ibidem realiter ad rem progredendum sit, Deus optimus concedat gratiam, ut recta intentione hoc negotium inchoetur, et fomes tam diurni ac crudelis belli penitus extinguitur, et non solum in huius nostrae patriae Germanicae Nationis, quam etiam totius christiani Orbis optatam pacem et tot Affictorum gemitibus et suspirijs diu desideratam tranquillitatem cedat, Nostrarum quod est et⁴⁾ erit virium, om-

⁴⁾ Hs. e.

nimodo ad hoc conatum (*sic*) impendemus, prout Dnoibus vestris nostram pronam et sinceram inclinationem desuper novissimis literis nostris fusius explicavimus, eumque in finem nostros Deputatos cum sufficienti instructione et commissione illac obligare constituimus. Hac fretae confidentia, quod Dnoes vestrae, huic tam necessario et urgenti pacis negotio (unde salus et conservatio S. R. Imperij dependit) eo lubentiori animo adesse studebunt, Siquidem ex parte Regnorum Galliae et Sueciae Dnes vestras ad hoc literis datis humaniter admonitas, gaudio recepi, Quod quidem, uti divina providentia factum, mihi eo maiorem Spem parit, tractatum hunc non absque fructu et sperato effectu successurum, si Franchfurdi modo praesentes congregati DD. Deputati una cum reliquis Statibus isti Tractatui adesse et prudenter cooperari possunt.

Supervacaneum duxerimus, Dnoibus vestris, in quantum ipsarum⁵⁾ praesentia et cooperatio in hoc tractatu tam necessaria quam utilis foret, latioribus significare, Nostro interim exiguo iudicio, haec singulariter consideranda venient:

1. Si Status Imperij hanc praesentem occasionem Tractatus pacis negligerent eique non interessent, utrum ejus modi conditio in futurum unquam accidere posset?
2. Utrum Status, tali separatione facta, vel ob emansionem seipsos jure pacis et belli privare sibique periculose praedicare velint?
3. Si hae Coronae Extraneae, seu ipsorum Deputati, non praesentibus seu assentientibus Statibus, Tractatum pacis inirosis eidem sese immiscere nolint, Utrum non, hoc casu, omnis Spes consequendae pacis recedet et consequenter plurimi, hac spe frustrati, desperationis ansam accepturi sint.

Vel, utrum non antedictae Extraneae Coronae (quorum propositum semper in eo fundatum fuit et in hoc substitut, quod in utilitatem et pro bono publico S. R. Imperij, et in ejus laudabilis fundamentalis constitutionis ac ordinum pristinae libertatis conservationem, usque nunc armis usi fuerint et pronunc utantur) in illum eventum, se omnino hoc negotio abdicabunt, vel saltem, pro assecuratione ipsorum Status, in quo principaliter se fundant, ut Imperium in pristino suo libero Statu restituatur, ad alia duriora media aggredienda animum adjicient?

⁵⁾ Am Rande hingefügt: et reliquorum ordinum.

Quibus Extremitatibus et inde subsequentibus damnis (qua propter tandem posteritas, in perpetuum forsan, quamvis sero nimis dolere et lugere posset) omni meliore modo obviare, quibusunque Imperij Statibus et fidelibus patriotis incumbit, prae omnibus autem Divina bonitas exoranda, ut dignetur omnium animos taliter inclinare et disponere, quatenus celeriori ac unanimi congressu, hic tam necessarius et toto Christiano Orbi summe utilis pacis Tractatus maturetur, et recto fervore desuper procedatur, Extra dubium ponens, Si ad plenarium progressum et Tractatum realiter perventum fuerit, unus in alterum sincere sese declararit⁶⁾. Et Errores suos quisque sine affectione perpendet, simul ac qualiter, praedictis damnosis incommoditatibus et prae oculis versantibus tam praesentibus quam futuris calamitatibus, remediendum, Nec non, qua ratione, damnosa S. R. Imperij discordia reparanda, vera unio et concordia redintegranda, Inter Caput et Membra, ac inter ipsa Membra syncera unitas et antiqua germana confidentia stabienda et quomodo ad dudum ab omnibus desideratam tranquillitatem et universalem perfectam pacem perveniri possit, seposito omni respectu bene perponderetur, non abfuturum, quin accidente divina gratia ad hoc ipsum media aderunt. Quandoquidem Des Vrae super hac consolidatione hamonia universali et tranquillitate instituenda, litteris suis, de dato Franckofurtj 23 Maij Anni proximi praeteriti nobiscum communicare dignatae sint (quibus etiam Regiae (*sic*) Gallicae litterae ad hoc nos invitantes⁷⁾ accesserunt) Sic occasionem nactae sumus sollicitam hanc nostram considerationem et exignam mentis intentionem, in hoc tam necessario et arduo negotio denuo remonstrandj, petendo hanc nostram fidelem et sinceram declarationem aequo interpretari dignentur. Cum recommendatione. Signatum Castell 30. Aprilis 644.

D. Vestrarum

Amelia Elisabeth.

Copia letterarum a dna landegravia Hassiae ad DDnos Deputatos Collegij Electoralis et reliquos Statuum Imperij Francofurti praesentis directarum (auf d. Umschlag).

⁶⁾ Die Worte unus — declararit mit derselben Hand am Rande.

⁷⁾ Ad hoc nos invitantes an den Rand von derselben Hand geschrieben.

5.

Cod. Chis. Q. II. 5³, fol. 50.

Breve des Papstes Innocenz X. an Gabio Chigi Rom 1644,
October 5.^{s)}

6.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 52.

Informatio qua ratione Dioecesis Neuhausen ad Episcopalem Dioecesin Wormatiensem pertinens per Dnum Fridericum Comitem Palatinum antehac violenter occupata et quo titulo rursum dicto Episcopatui restituta sit. Datum Monasterij Westfaliae 1646, Jun. 15.

Imprimis ex publicis S. Rom. Imperij actis et conclusis notiorum est, qua ratione Serenissimus felicis recordationis Princeps, Dominus Fridericus Comes Palatinus et Elector, Anno 1565 9. Maij, Regiam Dioecesim Neuhausen, in Confinibus Civitatis Wormatiensis eoque loci sitam, ubi quondam Imperatores ac Reges Romanorum Aulam seu Residentiam suam habuerunt, una cum Pagis ad eandem Dioecesin pertinentibus, nec non Superioritate, Jurisdictione, Reditibus, Censibus, alijsque Juribus, bonis et appertinentijs, post conclusam in Imperio Pacem religiosam et publicam, violenter ac de facto invaserit (*sic*), Unde postquam tum temporis regens Episcopus Wormatiensis tam Imperatori Maximiliano gloriosissimae recordationis, quam universis S. Rom. Imperij Electoribus, Principibus ac Statibus, in Comitijs Augustae Vindelicorum Ao. 1566 habitis, violentam ejusmodi invasionem humillime conquestus fuisse, decreta dicto Dno Electori Friderico communicatione, auditisque ejusdem allegationibus, et ulterius ab utraque parte insecuris deductionibus, Remonstrationibus et Probationum momentis rite instructis, Causa haec decisioni Juris submissa atque Electorali Collegio examinanda commissa fuit, qua quidem examinatione facta, porrectoque Caesareae Mti dicti Collegij Electoralis voto, hac super re in supradictis Comitijs Imperialibus concluso, per decisionem Imperialem publi-

^{s)} Findet sich bei von Meieren IV. 861 f. Von den Varianten der Abschrift aus dem Chigischen Bande mögen bemerkt werden: avertendis für evertendis (Meieren 862, §. 2) und jam pene Europam für jam Europam (M. 862, §. 3). Rump.

cam, Sacri Rom. Imperij Electoribus, Principibus ac Statibus Eorundemve Legatis, ac ipsomet Dno Reo (*sic*) praesentibus, in Consessu Imperij publico, Partibus, uti dictum, sufficienter auditis plenissimaque causae cognitione praevia, restitutio plena-ria per dictum Dnum Fridericum Electorem Palatinum, tam in Ecclesiasticis quam in politicis facienda serio injuncta, praetere-aque inhibitum fuit, ne Dioecesi Episcopali Wormatiensi et Ca-pitulo Neuhausensi, in suis bonis mobilibus et immobilibus, Su-perioritate alijsque Juribus, Censibus, Reditibus, Decimis et quibuscumque appertinentijs, ulla imposterum inferretur turbatio aut molestia, sed potius possessio vel quasi semper quieta ac pacifica ijs relinqueretur, juxta tenorem sententiae super hoc promulgatae, ipsorumque actorum Imperialium quorum Copia ex Aula seu Cancellaria Caesarea in casum exigentiae facile depre-mi atque ad manus haberi potest. Quae quidem sententia restitu-to-ria et respective inhibitoria, etsi sine ulla interposita appella-tione, Revisione, Supplicatione, aliove remedio suspensivo vel devolutivo, in rem judicatam transierit, vimque ac robur per-fectissimum exinde consecuta sit; Attamen eo non attento, sub-sequentes in Ordine Episcopi, quanquam in omnibus et singulis, ex post facto habitis Comitijs, desuper protestati fuerint, Man-dataque executorialia, iteratis vicibus, petiverint et obtinuerint, quin imo et ipse Dnus Elector Palatinus, erga remissionem fructuum perceptorum et percipiendorum ad faciendam restitu-tionem paratum sese declaraverit, ad Executionis effectum per-venire non potuerunt. Quamobrem cum postmodum ingruentibus motibus Palatinianis, Unionis et Mansfeldicis occupatoque per Exercitum Burgundicum Palatinatu Inferiore, Comites Palatini detentione tam dictae Dioecesis Neuhausen quam Jure super Rhenum a rivulo Roxheimensi (vulgo die Roxheimer Rinne) usque ad Torrentem, Zum Stein, Episcopatui Wormatiensi competente, nec non alijs de facto antea occupatis appertinentijs excidissent, Dnus Georgius Fridericus piae memoriae Episcopus Wormatiensis, conspecta eiusmodi apertura, ex officij sui debito impulsus nec minus ex permissione et instinctu Juris naturalis, Gentium et positivi tam Canonici quam Civilis, Constitutionumque Imperia-lij Pacis item publicae et religiosae, ad recuperandam animo-que et corpore (quantum in ipso fuit, atque extra casum vis ma-joris lieuit [*sic*]) continuandam possessionem dictae Dioecesis Neuausem, aliorumque Jurium et pertinentiarum, ad Episcopa-tum Wormatiensem spectantium, merito inductus fuit. Quamvis

autem deinde cessis Regimini Hispanico in modum sequestri per Ferdinandum II. Imperatorem glorissimae memoriae, terris ac Ditionibus Inferioris Palatinatus Superintendens pro tempore Claudius de Humge, sub ejusmodi sequestro saepedictam Dioecesis Neuhausen, quasi in confuso comprehensam esse voluerit; Attamen ideo Jus illud ex sententia in rem iudicatam prolapsa, semel quaesitum et radicatum, possessioque saepedictae Dioecesis Neuhausen ad Palatinatum minime pertinentis, jam ante legitime recuperata, haec ratione tolli atque afferri non potuit, Attento, quod per Sequestrum possessio non amittitur, notante Gaillio de Arresti c. 12. n. 6. Et Tertius Executionem ejusdem rei super qua semel lata est sententia in possessorio, praesertim et privilegiato Spolij Judicio, impedire non possit, ut per eundem Gaillium s. obs. 70. Quin imo jussu Mtis suaee Caesareae ad factam humillimam implorationem, acta omnia denuo in Consilio Imperiali Aulico accurate deliberata suaequa Mt desuper relatum fuit, Quae proinde summa huius rei aequitate perspecta, Caesaream Executionis et Restitutionis Commissionem ad Serenissimam Infantam Isabellam Claram Eugeniam sub dato 13^a. Februarij A. 1627 emanari fecit, sub hisce formalibus:

Quandoquidem sane res isthaec ex Capite Spolij privilegiata, per sententiam decisa sit, indeque ex honoris divini et Conscientiae illaesa conservatione vel maxime dependeat, stante praesertim re iudicata ex parte Episcopatus Wormatiensis, Ideo M^{tem} suam tam ex Juris quam Conscientiae dictamine nihil aliud hac in re facere aut statuere posse, quam ut mododicta sententia Executioni mandetur, et praefatus Dnus Georgius Fridericus Epus Wormatiensis in possessionem Dioecesium Neuhausen et Sinzheim immittatur ac restituatur, Attento vel maxime, quod revisio a tali sententia nunquam petita fuerit, sed nec Judicio revisorio locus esse possit eo quod omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperij, tam Religioni Catholicae, quam Augustanae Confessioni addictorum, Vota et Consilia super decreta hac restitutione sententiaque, per Imperatorem Maximilianum II. uti profertur, promulgata, intervenerint Quocirca alte memorata Dna Infanta, in vim emanatae Commissionis Caesareae, serio seduloque in hoc incumbat, quatenus supradictae Dioeceses, una cum universis suis appertinentijs, absque mora reddantur ac restituantur atque ita sententia Imperialis (*sic*) tandem aliquando ad Executionis effectum ducatur et Episcopatus Wormatiensis in Jure suo quaesito stabiliatur et manuteneatur.

Verum enim vero praeter haec etiam S. D. N. Urbanus Papa VIII sub dato Romae apud S. Mariam Maiorem Anno incarnationis Dominicæ 1626 Nonis Novembr. saepedictam Dioecesim Neuhausen, cum omnibus suis attinentijs, Dioecesi Episcopali Wormatiensi, vigore Bullæ Apostolicae desuper erectæ, contulit atque incorporavit, ac tali ratione viam apprehendendæ possesionis Dno Epo Ejusdemque Dioecesi planam fecit, severissimis Censuris Ecclesiasticis contra quoscunque turbatores præstitutis. Itaque haud longo interiecto temporis spatio, nempe Anno 1634 motibus Suecicis, per Praelium Nordlingense, insecuramque Pacem Pragensem, paulisper conquiescentibus, modernus Dns Episcopus tempore quinquennalis sui Exilij, una cum aliis fidis Imperij Proceribus Coloniae Agrippinae exantlati (*sic*), realem et actualem possessionem saepedicti Dioecesis Neuhausen Anno 1635 coram Notario et testibus per suos ad hoc Deputatos, nomine suo, secundum Juris communis, Constitutionum Imperialium, Pacisque religiosae ac publicae præscripta apprehendi fecit, ut in Instrumento desuper erecto latius continetur, Idque prævio consensu Generalis Commissarii Caesarei Dni Baronis de Walmerode, Cui tum temporis administratio Palatinatus Inferioris concredita erat, facta Renovatori bonorum Ecclesiasticorum Georgio Vogelio, ne Ipse, quo ad hanc Dioecesin et supradictum Jus Rhenanum Roxheinense sese immiseret, expressa ac seria inhibitione, præterea etiam Caesa^m M^{tas} praedictam possessionis recuperationem sub dato Vienna 20. Octob. Aº 1635 clementissime ratificavit, confirmavit in eaque Episcopum et Dioecesin Wormatiensem, sub arctissimis Clausulis inhibitorijs manuteneri jussit, quod Decretum Caesareum Regimiⁿ Hispanico rite insinuatum, inque omnem eventum Jura Episcopatui Wormatiensi in rebus supradictis ac alias quoquo modo competentia, jamque realiter possessa, omni meliori modo protestando, appellando, et provocando, quatenus opus, sarta (*sic*) tecta reservata sunt. Ex quibus omnibus luculenter constat, Dominum Episcopum Wormatiensem in possessione sua rite ac legitime recuperata, inque Juribus sibi indubitate competentibus, cum omnibus et singulis suis appertinentijs, nullo dempto, quod et quantum ante tempus deiectionis possessum fuit, juxta tenorem sententiae Imperialis, vigore Jurium prætectorum, et nominatim Pacis Pragensis §. Zedoch nennen Thre Keyserl. Maytt et §. die Restitution betreffend ic. tuendus ac manutenendus, et respective in omnium eorum, quae tempore deiectionis possidebantur, et pro nunc forsitan desiderari possent, plene

ac integre restituendus et immutendus (*sic*) sit, prout Illustris-
simus et Reverendissimus Dominus Nuncius Apostolicus nomine
benememorati Dni Episcopi, debita cum obtestatione rogatur,
quatenus praepollentem suam operam eo conferre dignetur, ut
saepedicta Dioecesis Neuhausen cum omnibus suis appertenien-
tijs apud Episcopatum Wormatiensem permaneat, modernus Dnus
Episcopus in sua possessione legitime recuperata manuteneatur,
nullatenus vero in ea, sub specie restitutionis integralis Palati-
natus inferioris turbetur, aut molestetur, nec praejudicij quic-
quam, quo adhoc eidem inferri permittatur. Hoc ipsum bene-
memoratus Dominus Episcopus erga Reverendissimam et Illu-
strissimam Dominationem suam, omni paratissimorum officiorum
genere nullo non tempore studebit demererri. Datum Monasterij
Westphaliae 15^a. Junij Anno 1646.

(Fortsetzung folgt.)
